

„Sponsos alienae parochiae matrimonio jungens, vel benedicens sine licentia proprii  
„Parochi, suspenditur absolute. *Conc. Trid.* sess. 24. cap. 1. de refor. matr.

## U.

„Usurarium publicum sepeliens in loco sacro incurrit suspensionem ab officio, et  
„ante satisfactionem ad arbitrium Episcopi, non potest absolvi nisi a Papa,  
„post dictam satisfactionem potest absolvi ab Episcopo. Cap. *Quia in omnibus*,  
„de usur.  
„Usurariis alienigenis Episcopi locantes domos, aut commoditatem praestantes,  
„vel eos non ejicientes infra tres menses suspenduntur absolute. Cap. *Usurarum*,  
„de usur. in 6.

## INTERDICTA

*Latae sententiae, Papae reservata, et non reservata.*

## A.

„Abbatiam, vel Episcopatum recipientes de manu laici incurrunt interdictum ab  
„ingressu Ecclesiae, donec respiciant. Can. *Si quis deinceps*, 16. q. 7. quod cen-  
„setur Papae reservatum juxta Gloss. verbo *Interdicimus* in fine.  
„Abbatem alienantes bona ecclesiastica non servata forma praescripta incurrunt  
„interdictum ab ingressu Ecclesiae, et nisi infra sex menses respuerint, suspen-  
„duntur ipso facto ab administratione. Extrav. *Ambitiosae*, de rebus Eccles. non  
„alienand.  
„Abbatem et Episcopi, Conventus et Capitula si dant in feudum, aut emphyteusim,  
„vel ultra triennium locant bona Ecclesiae, subjiciuntur interdicto ab ingressu  
„Ecclesiae. Bulla 51. Urbani VIII. quae incipit: *Humanae salutis*, §. 2.  
„Absolvens sacramentaliter publice excommunicatum subjicitur interdicto ab in-  
„gressu Ecclesiae ad arbitrium illius, cujus sententiam contempsit. Cap. *Episco-*  
„*porum*, de privil. in 6.  
„Archiepiscopus non denunciatus Papae infra tres menses suos suffraganeos ab-  
„sentes incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae. *Conc. Trid.* sess. 6. cap. 1.  
„de reform.

## B.

„Beneficia, et pensiones recipientes in confidentiam, si sunt Cardinales, vel  
„Episcopi, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae Papae reservatum;  
„caeteri vero incurrunt excommunicationem Papae reservatam. Bulla 85. Pii IV.  
„quae incipit: *Romanum Pontificem*.  
„Beneficiis privantes eos, qui pro suis negotiis commorantur in Romana Curia,  
„incurrunt interdictum. Extrav. *Divina*, de privil.

## C.

„Capitulum sede vacante dans infra annum dimissorias ad ordines ei, qui non  
„arctatur occasione beneficii recepti, vel recipiendi, incurrunt interdictum, a quo  
„potest absolvi Episcopus successor, ante cujus electionem est Papae reser-  
„vatum. *Conc. Trid.* sess. 7. cap. 10. de ref.  
„Cardinales, et Episcopi recipientes beneficia, et pensiones in confidentiam incur-  
„runt interdictum ab ingressu Ecclesiae Papae reservatum. Bulla 85. Pii IV.  
„quae incipit: *Romanum Pontificem*.  
„Celebrans, vel celebrari faciens in loco interdicto incurrunt interdictum ab in-  
„gressu Ecclesiae. Cap. *Episcoporum*, de priv. in 6.  
„Celebrans coram excommunicato vitando incurrunt interdictum ab ingressu Eccle-  
„siae. Cap. *Episcoporum*, de priv. in 6.  
„Coemeteria, et Ecclesiae, in quibus fuerunt sepulta corpora contra jus aliarum  
„Ecclesiarum juxta Textum, si non fiat restitutio cum proventibus inde per-  
„ceptis, subjiciuntur interdicto. Cap. *Animarum*, de sepultur. in 6.  
„Censuram ferens sine debita solemnitate incurrunt per mensem suspensionem a  
„divinis, et interdictum ab ingressu Ecclesiae, quae censurae infra mensem  
„sunt Papae reservatae. Cap. *Cum medicinalis*, de sent. excom. in 6.  
„Civitas non servans quae servanda sunt in electione Papae subjicitur interdicto.  
„Cap. *Ubi periculum*, §. *Praeterea*, de elect. in 6.

„Civitas, vel collegium extorquens, aut compellens Ecclesias, vel Ecclesiasticos  
„ad solvenda pedagia, seu alia onera, subjicitur interdicto, donec satisfaciatur,  
„quod ante satisfactionem est Papae reservatum. Cap. *Quamquam pedagiorum*, de  
„censibus in 6.  
„Civitas praebens auxilium, consilium, vel favorem insequentibus hostiliter Car-  
„dinales, vel eos non puniens dum potest, subjicitur interdicto, quod censetur  
„Papae reservatum. Cap. *Felicis*, de poenis in 6.  
„Clausuram Monialium ingredienti Episcopi sine causa justa pro prima vice  
„incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae. Declaratio Bul. 28. Gregorii XIII.  
„quae incipit: *Dubius*, §. 2.  
„Clerici admittentes ad divina, vel ad sepulturam Ecclesiasticam nominatim in-  
„terdictos incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae. Cap. *Episcoporum*, de  
„priv. in 6.  
„Concilii Tridentini glossas edentes Episcopi, eorumque Superiores incurrunt in-  
„terdictum ab ingressu Ecclesiae; inferiores vero excommunicationem. Bulla 73.  
„Pii IV. quae incipit: *Benedictus Deus*, §. 5.  
„Confessionem fieri ab infirmis Medici non procurantes incurrunt interdictum ab  
„ingressu Ecclesiae. Cap. *Cum infirmitas*, de poenit. et remiss. Bulla 3. Pii V.  
„quae incipit: *Supra gregem*.

## D.

„Dimissorias ad ordines suscipiendos concedens infra annum Capitulum sede va-  
„cante ei, qui non arctatur occasione beneficii recepti, vel recipiendi, incurrunt  
„interdictum, a quo potest absolvi Episcopus successor, ante cujus electionem  
„est Papae reservatum. *Conc. Trid.* sess. 7. cap. 10. de reform.  
„Doctoratum, vel magisterium concedentes Episcopi, nec exigentes a promovendis  
„professionem fidei, ac juramentum, incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae.  
„Bulla 88. Pii IV. quae incipit: *In sacrosancta*.

## E.

„Ecclesiae, vel coemeteria, in quibus fuerunt sepulta corpora contra jus caete-  
„rarum Ecclesiarum juxta Textum, si non fiat restitutio cum proventibus inde  
„perceptis, subjiciuntur interdicto. Cap. *Animarum*, de sepult. in 6.  
„Episcopi alienantes bona Ecclesiae non servata forma praescripta incurrunt in-  
„terdictum ab ingressu Ecclesiae, et nisi infra sex menses respuerint, suspen-  
„duntur ab administratione. Extrav. *Ambitiosae*, de reb. Eccles. non alienand.  
„Episcopi alienantes bona jurisdictionalia locorum piorum incurrunt interdictum  
„ab ingressu Ecclesiae. Bulla 51. Urbani VIII. quae incipit: *Humanae salutis*.  
„Episcopi, eorumque Superiores usurpantes aliquid ex redditibus Ecclesiarum va-  
„cantium incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae, donec restituant, quod,  
„restitutione non secuta, est Papae reservatum; inferiores vero incurrunt  
„suspensionem ab officio, et beneficio. Cap. *Praesenti*, de offic. ordinar. in 6.  
„Episcopi, eorumque Superiores recipientes aliquid ultra victualia occasione visi-  
„tationis incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae; inferiores vero suspen-  
„sionem, si infra mensem non restituant duplum; quae censurae restitutione  
„non secuta sunt Papae reservatae. Cap. *Exigit*, de censib. in 6.  
„Episcopi non applicantes fructus beneficiorum juxta Extr. Jo. XXII. interdicun-  
„tur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a Pontificalibus, donec restituant.  
„Extrav. *Suscepti regiminis*.  
„Episcopi concedentes doctoratum, vel magisterium, nec exigentes a promovendis  
„professionem fidei, ac juramentum, incurrunt interdictum ab ingressu Eccle-  
„siae. Bulla 88. Pii IV. quae incipit: *In sacrosancta*.  
„Episcopi concedentes indulgentias, vel facultatem absolvendi a reservatis ob  
„quaestum, interdicuntur ab ingressu Ecclesiae, et suspenduntur a perceptione  
„fructuum; inferiores vero excommunicantur; quae censurae sunt Papae reser-  
„vatae. Bulla 99. Pii V. quae incipit: *Quam plenum*.  
„Episcopi, eorumque Superiores glossantes decreta Concilii Tridentini incurrunt  
„interdictum ab ingressu Ecclesiae, inferiores vero excommunicationem. Bulla 73.  
„Pii IV. quae incipit: *Benedictus Deus*, §. 2.  
„Episcopi et Cardinales recipientes beneficia, et pensiones in confidentiam in-  
„currunt interdictum ab ingressu Ecclesiae Papae reservatum: caeteri vero  
„excommunicationem Papae reservatam. Bulla 87. Pii IV. quae incipit: *Romanum*  
„*Pontificem*.

- „Episcopatum, vel Abbatiam recipiens de manu laici incurrit interdictum ab ingressu Ecclesiae, donec respiscat. Can. *Si quis deinceps*, 16. q. 7.
- „Episcopus antiquior non denunciatus infra sex menses Papae Metropolitanum absentem incurrit interdictum ab ingressu Ecclesiae. *Conc. Trid.* sess. 6. cap. 1. de reform.
- „Excommunicationis sententiam proferens sine debita solemnitate incurrit per mensem interdictum ab ingressu Ecclesiae, quod infra mensem est Papae reservatum. Cap. *Sacro*, de sent. excomm. et cap. *Cum medicinalis*, de sent. excomm. in 6.
- „Excommunicatos vel interdictos admittens ad divina officia, vel sepulturam Ecclesiasticam incurrit interdictum ab ingressu Ecclesiae, donec satisfaciatur ad arbitrium illius, cujus sententiam contempsit, qua satisfactione non secuta interdictum est Papae reservatum. Cap. *Episcoporum*, de priv. in 6.

## I.

- „Interdicto locali causam dantes incurrunt interdictum personale. Cap. *Si sententia*, de sent. excomm. in 6.

## L.

- „Loca, in quibus impeditur ingressus Legatis vel nunciis Apostolicis, subijciuntur interdicto, donec duret contumacia, qua durante interdictum est Papae reservatum. Extrav. *Super gentes*, de consuetud.
- „Locus offensoris, vel in quo offenditur Episcopus, subijcitur interdicto, donec praestetur satisfactio, qua non praestita, interdictum est Papae reservatum. Clem. 1. de poenis.
- „Locus sacer, in quo sepelitur haereticus, vel ejus fautor, subijcitur interdicto, quod exhumatione non secuta est Papae reservatum. Cap. *Quicumque*, de haeret. in 6.

## M.

- „Medici non procurantes confessionem fieri ab infirmis incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae. Cap. *Cum infirmitas*, de poenit. et remis. Bulla 3. Pii V. quae incipit: *Supra gregem*.
- „Missarum pro elemosynis non servantes statuta incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae. Decr. Congr. Concil. 22. Septembris 1625.

## O.

- „Ordines conferentes simoniace suspenduntur a Pontificalibus, et incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae Papae reservatum. Bulla 91. Sixti V. quae incipit: *Sanctum ac salutare*, §. 2.

## R.

- „Repressalias concedentes, vel extendentes Universitates in Clericos incurrunt interdictum. Cap. unico de injuriis in 6.

## S.

- „Sacramenta ministrans excommunicato vitando incurrit interdictum ab ingressu Ecclesiae, cap. *Episcoporum*, de privil. in 6., dummodo excommunicatus non sit denunciatus a Papa, cum tunc incurrat excommunicationem Papae reservatam. Cap. *Significavit*, de sent. excomm.
- „Superiores sine justa causa ingredientibus clausuram Monialium pro prima vice incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae, cum pro secunda incurrant suspensionem a Pontificalibus, et pro tertia excommunicationem. Declaratio Bullae 28. Gregorii XIII. quae incipit: *Dubiis*, §. 2.
- „Sepelientes interdictos, vel excommunicatos in loco sacro incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae, donec satisfaciatur ad arbitrium illius, cujus sententiam contempserunt, qua satisfactione non secuta interdictum est Papae reservatum. Cap. *Episcoporum*, de privil. in 6.
- „Simoniace conferentes ordinem suspenduntur a Pontificalibus, et incurrunt interdictum ab ingressu Ecclesiae Papae reservatum. Bulla 91. Sixti V. quae incipit: *Sanctum ac salutare*. §. 2.

## U.

- „Universitas appellans a sententiis Papae ad futurum concilium, vel ad id praebens favorem, incurrit interdictum Papae reservatum. *Bulla Coenae* §. 2.
- „Universitas cogens Ecclesiasticos ad solvendas gabellas subijcitur interdicto, donec restituat; quod, restitutione non secuta, est Papae reservatum. Cap. *Quamquam*. de censib. in 6.
- „Universitas concedens, vel extendens repressalias contra Ecclesias, vel Ecclesiasticos incurrit interdictum. Cap. *Etsi*, de injuriis in 6.
- „Universitas non servans Extravag. Joan. XXII. incurrit interdictum. Extrav. *Suscepti regimini*: tit. de sede vacante.
- „Universitas permittens usurariis conducere domos in terris suis ad foenerandum incurrit interdictum. Cap. *Usurarum*, de usuris in 6.
- „Universitas turbans statuta ecclesiae Tolosanae subijcitur interdicto Papae reservato. Extrav. *Salvator*, de praebend. et dignit.
- „Universitas usurpans bona beneficiorum vacantium subijcitur interdicto, si infra mensem non restituat, qua restitutione non secuta, interdictum est Papae reservatum. Extr. *Suscepti regim.*, tit. de sede vacante.

## IRREGULARITATES

STATUTAE IN JURE CANONICO,  
quibus subijciuntur

## A.

- „Acolythi rebaptizantium. Cap. *Ex litterarum*, de apostat.
- „Amentes etiam praeteriti. Can. *Maritum*, dist. 33. et can. *Si quis non iratus*, 15. q. 1.
- „Apostatae a fide. Can. *Presbyteros*, dist. 50.
- „Apostatae a Religione ordinati in apostasia. Cap. *Consultationis*, de apost.

## B.

- „Baptismum differentes usque ad aegritudinem. Can. *Si quis in aegritudine* dist. 57.
- „Baptismum secundum baptizato conferentes. Cap. *Ex litterarum*, de apost. Baptismum secundum recipientes. Can. *Qui in qualibet*, 1. q. 7.
- „Baptizati ab haereticis. Can. *Qui in qualibet*, 1. q. 7. et can. *Ventum*, 1. q. 1.
- „Bigamus proprie, qui plures duxit uxores. Cap. 1. usque ad 5. de bigamis.
- „Bigamus interpretative, qui duxit viduam, vel corruptam. Can. *Praecipimus*, dist. 34. et can. *Si quis viduam*, dist. 50.
- „Bigamus similitudinarie, qui uxorem duxit post votum solemne castitatis. Can. *Quotquot* 27. q. 1. cap. 1. et 2. qui Cleric. vel voven.

## C.

- „Carentes litteris requisitis ad ordinem. Can. *Illitteratos*, dist. 36. et *Concil. Trid.* sess. 23. cap. 4. 11. 13. et 14. de reform.
- „Carentes membro impediendo exercitium ordinis. Cap. *Thomas*, de corpor. vitiat.
- „Carentes membro inducente deformitatem notabilem, quae celari non possit. Cap. *Tua nos*, de cleric. aegrotant.
- „Censura ligati exercentes ordinem sacrum solemniter. Cap. *Cum aeterni*, de sent. et re judicat. in 6., cap. *Is cui est*, et cap. *Is qui in Eccl.* §. *Is vero*, de sent. excomm. in 6.
- „Censura ligati ex ordinatione simoniaca exercentes etiam ordinem minorem. Bulla 91. Sixti V. quae incipit: *Sanctum ac salutare*.
- „Chirurgiam exercentes Clerici per sectionem, vel adustionem, si mors causatur. Cap. *Sententiam*, ne Cleric. vel Monach.

## D.

- „Defectus pro exercendo ordine. Cap. *Thomas*, de corpor. vitiat.
- „Defectum lenitatis habentes. Cap. *Sententiam sanguinis*, ne Cler. vel Mon.
- „Deformis notabiliter. Glossa in cap. *Thomas*, de corpor. vitiat. et cap. *Tua nos*, de Cler. aegrot.